

Joachim Just Breithaupt


Ad Virum Amplissimum, Dominum Sebastianum Kortholtum, Philos. Moralis Et Poes. In Acad. Patria Prof. Ordin. Conjuge Laudatissima, Domina Anna Kortholta, Nata Lobedantzia, Beatissime Quidem Sed Præmature Defuncta, Epistola Consolatoria

Kilonii: Literis Bartholdi Reutheri, MDCCXI.

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728862574>

Druck Freier  Zugang





enth. 32 Stücke

J 2 II

1899 / 500

-40

AD
VIRUM AMPLISSIMUM,
DOMINUM
SEBASTIANUM
KORTHOLTUM,
PHILOS. MORALIS ET POES. IN ACAD.
PATRIA PROF. ORDIN.
CONJUGE LAUDATISSIMA,
DOMINA
ANNA KORTHOLTA,
NATA LOBEDANTZIA,
BEATISSIME QUIDEM SED PRÆMATURE
DEFUNCTA,
EPISTOLA CONSOLATORIA
D. JOACH. JUSTI BREITHAUPT,
ABBATIS BERGENSIS MAGDEBURGICI,
THEOLOGICÆ FACULTATIS HALL. SENIORIS, GENERALIS
SUPERINTENDENTIS, CONSILIARII CONSIST. DIRECTORIS
SEMINARII THEOLOG. ET SACRORUM
HILDERSLEB.

KILONII,
LITERIS BARTHOLDI REUTHERI, ACAD. TYPOGR.
MDCCXI.



TEquae tuamque domum nisi tota mente foverem,
 Indignum Sol me diceret igne suo.
 Tantus amor quondam KORTHOLTI in vincla Parentis
 Me aeterna traxit compede, tanta fides!
 Per deni ex illo redierunt tempore Jani,
 Qui me ter decies complicuere magis.

Ex illo mihi fas, jus & mos, gaudia vestra
 Sensisse, & vestris indoluisse malis.

Quantos ergo putas tecum me ferre dolores,
 Quod tetigere tuum tristia fata torum!

Quantos! nuper eum quod destruxere, marito
 Cum tua praeduro funere adempta tibi est.

Illa quidem in vita superest meliore, nec ejus
 Laus immortalis sub juga mortis abit.

Illius eximias dotes HOLSATIA novit;
 Seu *virtutis* opes audio, siue *genus*.

Audio, eam multis fama praestantibus ante
 Juisse, & testes nomina magna lego.

Nec desunt, tumulum qui exoptavere, RAPINI (a)

Floribus, ac *Charitum* spargere mille modis.

Sunt, qui gestierint, connubia vestra canentes

Defunctos *Batavos*, nunc revocare tibi.

Nec non ipse voves: utinam mea damna levarent

FRANCIUS, o utinam, BROUCKHUSIUSque meus!

Nos tibi debemus, dignam feriente, medelam:

Nos tibi debemus *nectar* & *ambrosiam*.

Ecce autem, lugens, quum solatoris egeres,

Tu mihi solator maximus ipse eras!

Nam

(a) RENATUS RAPINUS de *Re Hortensi* Carmina inscripsit *Flores*, quorum Li-
 brum I. discursibus publicis verno tempore An. cl^o l^o cxcⁱ. in Academia Philyrea illu-
 stravit B. JOACH FELLERUS, Professor Poëseos florentissimus.

Nam, *Paradisfacis*, scripsit quos ARNDIUS, *Hortis*
 Illa utens, ut ais, coepit obire necem.
Interiori animo, Paradisi luce repleto,
 Sic nempe *exterior* cedere vita solet. (b)
 Moribus egregiis mactata, & morte piorum,
 An poterat fato commodiore frui?
 Fallor? an hæc una est, cujus pia corda PARENTI
 Matrum inter laudes (c) nota fuisse velis?
 At quid enim dubitas? non is præconia PAULÆ
 Sola, aut MARCELLÆ cernit, & EUSTOCHII. (d)
 Dudum etiam exultat, sua quod nurus ANNA choreas
 Auxerit electas, aucta nepote suo.
 Id mihi suppeditas de terque quaterque beata
 Conjuge: nec celas, quæ medicina tibi.
 Namque DEI Numen tibi tunc ostendit amœnos
 Fontes, quos olim *Theffalonica* bibit. (e)
 Spes inde æternæ lucis, spes optima rerum,
 Quas novisse datum est, spes renovata fuit.
 Jamque tua ANNA tibi non *mortua*: sed *sopor* ipsam
 Parvus habet, CHRISTI somnus, & alma quies.
 Jamque tuis mira dulcedine *buccina* clangit
 Auribus, & CHRISTO cum Duce ducit eam.
 Jamque ea in *occursum* DOMINI trans aëra vecta,
 Cum DOMINO & tecum jam sine fine manet.
 Nec *præventurum* te illam, tibi *Apostolus* addit:
 En, veniet *vivis* ocyor atque *prior*!
 Atque his te verbis nuper quum erexeris ultro
 Vix factus viduus, nunc eadem altus alis.
 Pectus ita invictum est. Recipit mens ægra vigorem,
 Nec vult æterno consilio esse minor:
 Non ignara *Boni Summi*, dediscit amare
 Luctum, ne menses urat acerba suas.

Tan-

(b) 2. Cor. IV, 16. *Etiamsi externus homo noster corrumpatur, internus tamen renovatur in dies.* (c) B. D. CHRISTIANUS KORTHOLT, S. Theol. Prof. Prim. & Procancellarius Kilonensis longe meritissimus, edidit. A. 1682. Opusculum Germanicum, *Weiblichen Tugend-Spiegel*, quo jubet nos inspicere, tanquam in speculum, *Vitas Sanctarum* quoque *Mulierum*, non modo *Biblicarum V. & N. Testamenti*, verum etiam notarum ex *Antiquitatibus Ecclesiasticis*; *Flavia Domitilla*, *Felicitatis*, *Blandina*, *Victoriarum*, *Agnæ* & *Eulalia*, *Dionysiarum*, *Julitæ*, aliarumque, martyrii corona illustrium; triumque illarum vivendi sanctimonia celebratarum ab Hieronymo, *Paulæ* Matris, & *Filiæ*, cujus nomen *Eustochium*, atque *Marcellæ*: (d) tum præter cæteras, matris Augustini, *Monicæ*; quam sequitur denique *Maria Elisab. Niderstettia*, *Ad. Olearii*, celeberrimi Historici & Mathematici *Hollatorum*, *Filiæ*, quæ id temporis sancte obierat. (e) 1. Thessal. IV. 13, 14, 15, 16. 17. ad quem locum videatur *Hug. Grotii* Epistola ad Gallos XXVI quam Viduis commendare soleo.

Tantum habitus nigri, pallentiaque ora notantur
 A mundo: ecce! DEUS faucibus corda videt.
 Saucia corda, fidem talem spirantia ab imo
 Vulnere, fanelcunt rite, DEO que placent.
 Absit, res omnes gelide timideque ministrans;
 Absit, qui res est perniciofa, dolor! (f)
 Si tamen omnis amat Viduus mage tristitia senfa,
 Adsint plena spei, plena timore DEI.
 Hæc tua tristitia est, Vates KORTHOLTE! quod ANNAM
 Non tecum teneas æmulam amore poli.
 Hæc tua lætitia est, quod eam mundaverit AGNUS
 Sanguine purpureo, vestieritque suo.
 Hæc tua tristitia est, scite anxia, ne tibi quidquam
 Obstet, quod pia spes non tolerare queat.
 Hæc tua lætitia est, quod te sanctissima purget
 Aura spei, ut purus SPIRITUS ipse DEI est. (g)
 Hæc quoque; quod Conjux non ulli obnoxia culpæ
 Amplius, & felix sit statuenda nimis:
 Felix forte nova, redituraque scenore in amplo,
 Dives in extremo conspicienda die:
 Splendidior gemmis; Auroræ pulchrior auro;
 Purior electro, candidiorque nive.
 Quid? Si te in Sanctis LOBEDANTZIA Sancta videbit,
 Quas DOMINO laudes, quas choreasque dabit!
 Hoc sperent tecum Mater veneranda, Sorores
 Dilectæ DOMINO, & Pignora bina tua!
 Gratia opima DEI sit præsentissima Vobis,
 Detque paternarum munera larga precum!
 BROVCKHVSII & FRANCI nunc deficiente Camena,
 Musa Caplatonis sic tua damna levat.

(f) 1. Cor. VII, 10. Qui secundum Deum est dolor, is respicientiam efficit ad salutem, cuius
 nusquam poenitet: mundi autem dolor mortem efficit. (g) 1. Joh. III, 3. Quisquis habet hanc spem
 in DEO, purificat se, sicut & ille purus est.




33


LBMV Schwerin

000 314 889





NEQVE T
 AB INGEN
 AVT AB ART
 QVIN POTIVS A
 ET A DOLOR
 EXIGVVM HOC MAGNI AM
 MAESTI
SEBASTIAN V
 PHIL. MOR.
 CVI ACER
 OMNI AQ
 ET IC
 PLANE I
 EX QVO IDEM CVM
 NON SOLVM ANNAM C
 SED ETIAM FLENSB
 ANNAM GVDIAM, MA
 KILONII ET IPSAM MATR
 ROSFOCHII
 LINDEMANNÆ SORORIS SV
 IDEOQVE TRIBVS AN
 QVATVOR
 FVNERAQVE FV
 ET LACRIMIS SVIS ET
 ABI
 ET HOC NIMIAE FRAGILIT
 VITAM NOSTRA
 ET E MOMENTO PE
 DISCE, VEL SECVNDIS
 QVVM CERTA MORTIS
 PROINDE TOTA VITA
 VT IN
 NON TAM VI
 QVAM MO
 CO



SSENIA
 NDIAM,
 IS INSIGNE;
 DESIDERIVM,
 T FLETVS.
 DOLORIS MONVMENTVM
 OSVIT
RTHOLTVS,
 EOS PROF.
 DLORES
 TALIA,
 TICO
 KERE,
 TVM EXPERTVS,
 I SIBI VITA CARIOREM,
 AM DEFVNCTAE,
 CO SIBI DILECTAM,
 M OPTIMAM ANNAM,
 ANNAM,
 M VNICAM ET NVBILEM,
 DVM CIRCVMACTIS,
 AMISIT,
 CVMVLATA
 PROSEQVTVS EST.
 MANAE EXEMPLO DISCE,
 VISSIMO FILO,
 AETERNITATEM.
 ORTVNAM VERERI,
 HIL SIT INCERTIVS.
 ITATIO SIT MORTIS,
 RE
 M MORTE,
 VM VITA